Diözese Passau / Salzburg,

Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8340
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek

ne custodite sicut scitis. Illi autem abeuntes munierunt
sepulchrum signantes lapidem cum custodibus. Ista
Diebus illis. Dixit ysaias. Ij. lō ysaie ꝓphete.
Dns deus aperuit mihi aurem: ego autem non contradico
retrorsum non abij. Corpus meum dedi percutientibus: et
genas meas vellentibus. Faciem meam non auerti ab increpantibus
et conspuentibus in me. Dns deus auxiliator
meus: ideo non sum confusus. Ideo posui faciem meam
ut petram durissimam: et scio quia non confundar. Iuxta
est qui iustificat me. Quis contradicit mihi: stemus
simul. Quis est aduersarius meus: accedat ad me. Ecce
dns deus auxiliator meus. Quis est qui condempnet
me. Ecce omnes quasi vestimentum conteretur: tinea co-
medet eos. Quis ex vobis timens dnm audiens vo-
cem serui eius. Qui ambulauit in tenebris: et non
est lumen ei. Speret in nomine dni: et innitatur super
deum suum. Alia. lō zacharie ꝓphete.
Hec dicit dns deus. Si bonum est in oculis vestris:
afferte mercedem meam: vel si non quiescite. Et ap-
penderunt mercedem meam: triginta argenteos. Et dixit
dns ad me. Pone illud ad statuam decoris pretii quo
appreciatus sum ab eis. Et tulit triginta argenteos:
et preteriit illos ad statuam in domo dni ad statuam.
Et prendi virgam meam: que appellabatur funiculus:
ut dissoluerem germanitatem inter iudam et israel.
Et dixit dns ad me. Ecce ego puerum vestrum super luminaria
terrapule omnibus populis circumstantibus: sed et iuda erit in
obsidione contra vestrum. Et habitabitur vestrum rursum in
loco suo in vestrum: et saluabit dns tabernacula iuda.